

Σὺν Θεῷ
DISPOSITIONES HOMILETICÆ
IN TEXTUS POENITENTIALES

Dierum Solerium precum,
Anni 1709.

Ostquam DEO benedicente, jam per quadraginta
tres annos in usum Sacri Ministerii, quod Deo in
Diœcesi hac Aboensi servit, singulis fere annis
editæ sunt *Dispositiones homileticae*, in *Textus*, so-
lemnibus publicarum precum & gratiarum actionum diebus, ex
mandato REGUM Augustissimorum, Patrum patriæ, tractandos.
Illarum autem pars maxima, in *Fasciculum* ante XVI. annos
congesta reperitur; non est quod hinc expectes, *Lector Be-*
nebole, novum, si forte denuo idem *Textus* recurrent, labo-
rem; *Siquidem* in illorum *explicatione*, prior sensus vix un-
quam deserit potest; in *applicatione* vero, cum & tempo-
rum diversa sit ratio, aliquando in pace, nunc in belli pe-
riculis vivimus, & Ecclesiarum auditorumve multiplex de-
tinet discrepantia, V. D. Ministris, quos sollicitos tenet anxia
animatorum cura, ex Divino *Scriptura* *Sacra* fonte, ubertim
subministrantur pio & prudenti zelo dicenda: quamobrem
commodo concionaturos ad dictum remittimus *Fasciculum*,
ubi idem denuo tractandus exponitur *Textus*. Sic Die I.
solemnibus precibus & pœnitentiali devotione a. d. 30. Aprilis
hujus anni, ex mandato Celsissimi SENATUS REGII, cele-
brato, *Textus* primus Dan. 9: v. 19. cum v. 18. explicatur in
Fascicul. pag. 372. *Textus* alter Psal. 46: v. 11, 12. pag. 318. &
tentius, Provis. 16: v. 7. plenius enucleatur pag. 311. Quo ma-
nuducti eius nostræ compendio, etiam ad sequentium dierum
Textus usari sumus; non enim vel prolixitate vel alia ostenta-
tiones, nomen in laboribus, quos simplicitas & pœnitentia-
lis humilitas postulant, querimus.

Die II. a. d. 18. Junii.

1143

CONCIO I.

Paraf. Syr. 52: v. 26, 27, 28. vide Fasce. Homilet. hie A. 1693,
editum, p. 512,

TEXTUS Proy. 31: v. 7.

Exord. ex verbis, Textura nostrum proxime antecedentibus, Proy.
31: v. 5, 6. vid. Fasce. p. 306. seq.

Propositio: Verus hominis poenitentis character.

1. Sibi ipse non sapere.
2. DEUM timere.
3. A malo recedere.

Votum Sap. 9: v. 1, 4, 10.

In auteo Proverb. libro, sapientissimus Regum, vere sapientia utilissima dat precepta, & totus fere in eo est, ne vanæ sapientiae radices funditus evellat, qua nimium quantum insipientes mortales Infectos esse probe novit, quem etiam scopum praefixum sibi fuisse in

soto primo cap. NB. v. 2. ostendit: insec. & tert. capp. precepta sapientissima iolis instillat, quorum & hoc unum est: Et tig iste

tympha at tu ar wiss / ubi hominis poenitentis nota est:

1. Sibi ipse non sapere. Preceptum duo tradit: (1) Subjectum, quod quidem omnes homines constituant, qui opinione vanæ sapientia turgent, & specialissime juvenes, cap. 1. v. 32, 4. hos autem non paris alloquitur verbis, sed instar patris, blande compellat, cap. 1. v. 8. & 9. in: sic uerba mea.

quod & hujus cap. vers. 1. agit, coll. cum c. 4: v. 1. & 5: v. 1. &c. (2) Ad

ut reiat in multam conditionem, qua utilissima est: ne sis sapiens in oculis tuis, qua phar-

auli et minima erga te si in fontibus, sapientie illa presumptio vana, ex Philostrato five inor-

in etiam te securi erga te erit a amore soli, indigitatur, quando ad sapientia Divina pre-

cepta non examinatur nuda illa humana in cerebro ebullens, quam

Spiritus carpit, Spiritus Dei, cum certissima poena annunciatione, cap. 11.

ad 20. ad 32. incl. & c. 2: v. 12, 13, 14. & detestatur c. 6: 15. Pli autem &

ve & poenitentes, qui Spiritum Dei & non mundi acceperunt. 1. Cor. 1.

Cor. 3: 19 castam illam sapientiam, qua desuper est, caste affectant,

I. 3: 17 non terrenam, humanam & diabolicam, ibid. vers. 15.

P. 11

190
1144

Preter hęc, videtur Salomo intellexisse illam sapientiam, quam verius
soliditatem appellaveris, quando homines aut peccata sua excusat, sibi
ipsis blandientes, & gratiam Divinam vocantem susque deque habent,
e. i. v. 24, 25, in tali sapientiae fuso poenitentiam hominis non consiste-
re, Textus ostendit; quare sequitur.

viii.

II. Deum timere. Timorem Domini omnis sapientiae funda-
mentum, supra c. 1: v. 7. constituit, & plenam cordis in Deo recum-
bentiam c. 3: v. 5, postulabat; idem נָרְאָה hic, vult Divinae sapientiae suas
viss committere, & similiter timore in mandatis Dei ambulare, quo-
modo hoc fiat, expositione vide Falc. p. 307. & 756. & alibi passim.

III. Malo recedere. Immediatum Dominici timoris adjunctum est,
recessio a malo; וְיִשְׁרַעַת הַמֵּת אֶת־הַבָּשָׂר Modus insinuatur, qui est
recessio, נָרְאָה etiam fugam infert, Elaj. 49: v. 21, ita Divine sapientiae ama-
tores, se in longinquitate à malo conferant, id a se removeant, ab ipso, tam
quam a nocentissimo hoste velocissime aufugiant, nec aliquid intermit-
tant, quod ad ipsius expulsionem confert: quemadmodum de ardo-
re Iosue in observandis mandatis Divinis occurrit, Jos. 11: v. 15, & de quo-
rumcunq; obstaculorum remotione usurpatur, Exod. 34: v. 34. Job. 12: v. 20,
2. Objectum recessus, Sp. D. malum vocat: יְלִי in scriptura quocun-
que malum, tam animae quam corporis designat; in praesenti autem
loco, malum illud καὶ ἔξοχον ipsum peccatum denotat, quemadmo-
dum tam originis quam actus malum, Gen. 6: v. 5. & 8: v. 21, expro-
mit; prus peccatum, puta origivale, non intendit Textus, a quo, dum
mortales sumus, recedi non potest, ipsius tamen imperium & pro-
retica eruptio in actum, ut frangatur, mandat, Rom. 6: v. 12, 13.
& 8: v. 12, 13.

Illi. Haec tria verum demum formant Christianum & poenitentem, & ut omnino factus fidelis sunt; ita ad illa provocamus ar-
gumento validissimo, Eph. 2: v. 10, quibus etiam nostrum, si poenitentiae
dulcedinem gustare velimus, erit studere. conf. Falc. p. 64. 48: 528. 673, seq. Omne autem bonum in nobis opus, gratiae & plenitudini
Christi adscribenda, Joh. 1: v. 16. Phil. 4: v. 13 & in hac mortalitate im-
perfectum est, Rom. 7: v. 18, 19, 20, Joh. 15: v. 5. legalis enim perfectio,
antiqua illa, pharisaica, & hodierna fanatica, nihil communie cum pli-

1145 *babeat, Christus enim exiit, cum ipius perfectione non tegitur nomen, aug.*
Via itaque illa triplex, perfectionis novæ, quam, prout eam mystica do-
gmaria cudit, nescit spiritus Dei, exulet, purgativa, illuminativa, &
unitiva: hæc triplici Salomonis via, qua melior non datur, inceda-
mus, ita hic triplex sapientiæ funis non facile rumpetur, Ezecl. 4: v. 12.
Non à Satana, hoste penitentiae, hoc penitentiali die, non a cruce &
afflitionibus, Rom. 8: v. 37. non à morte, &c.

CONCIO II.

TEXTUS Nahum i: v. 7. explicatus Die IV. Conc. I.

A. 1690. vid. Falc. p. 647.

CONCIO III.

TEXTUS i. Joh. 3: v. 21, 22. expositus Die III. Conc. 3.

A. 1690. vid. Falc. p. 643.

Dies III a. d. 18. Julii.

CONCIO I.

Paraf. Ps. 119: v. 80. vid. Falc. p. 305.

TEXTUS Ezech. 18: v. 9.

Exord. i. Sam. 2: v. 30. Omnibus, honorem & venerationem Dei tam
natura quam Scriptura injungit, Rom. 2: v. 14, 15. huc tota lex
moralis tendit, (*ex qua præcipue ea que ad primum præceptum tradi-*
solunt, repeti & urgeri possunt.) Specialis Divinus honor hic intenditur,
qui in mandatorum Divinorum observatione situs est, propter cuius
omissionem, hic cum filii, addita poenæ denunciatione, carpitur Eli:
etiam Saul, quod illum omitendo, verum neglexerit sacrificium,
i. Sam 15: v. 22, 23. Laudi autem dicitur omnibus Sanctis quod hujus
officii immemores non fuerint, Deut. i: v. 36, 2. Par. 22: v. 9. & 31: v. 20, 21.
2 Reg. 14: v. 8. Job. 1: v. 8. Hebr. 3: v. 2, 5. Quos Deus viceissimi hono-
ravit, insigne in ipsos beneficium, gratiam tam temporalem, quam
æternam conferens. Textus noster idem syadet:

Prop. I. Proborum officium.
II. DEI beneficium.

Voc.

Votum Psal. 119: v. 135.

Postquam idololatriam & graviora carnis opera, redarguerit Propheta in praecedentibus Textum, rem in compendium mittit, & omnia mandatorum Divinorum observatione pure & sincera comprehensit, ubi

H46

171

I. Proborum officium. Part. prior. elab. vid. Falc. p. 509. seq;
II. Dei beneficium. Geminum est (1) Probitatis. S. justitiae imputatio, Thet är en from Man. צַדִּיק הוּא justus hic. Quemadmodum enim hoc a Deo expeditum officium, non coacte sed libero & spontaneo præstat spiritu. adeoque id fide, intuitu gratiae Divinae facit, ideoque Dei beneficium non ex merito sed ex gratia experitur. Justus reputatur coram Deo & hominibus. (1) coram Deo, quia a Deo est, 3. Joh. v. 11. in ipso opera sua facit, Joh. 3: 21. In fide, Hebr. 11: v. 6. Jac. 2: v. 23. In Christi doctrina manet, 2. Joh. 1: 19. in charitate ad ipsum I. Joh. 5: v. 2. a Deo nati sunt, & in ipsum credunt, 1. Joh. 5: 11. (2) Coram hominibus. Quia spiritualis illa operum bonitas in civili & morali relacet bonitate, adeoque in foro foli justi reputantur ab hominibus, Jac. 1: v. 24. & exemplo suo alios ad bona opera invitant. Hebr. 10: v. 24. Jac. 1: v. 18. Ex tali justitia recta probitas exsurgit, quam interpres sucanus etiam respergit.

III. Vita oblatio. Han skal få lefiva. תְּחִזֵּק וְהַזְּרָעָה vivendo vivet. Non tantum exteret, in pace & tranquillitate I. Reg. 4: v. 25. 2 Reg. 18: v. 31. Jer. 14: v. 13. in annona caritate Deus ipsum bonorum affluentia pascet, & valetudinarium reficiet, Ps. 25: v. 13. & 31: v. 19. & 37. v. 19. Verum etiam interne, spiritualem vivet vitam fidei. Rom. 8. v. 11. 2. Cor. 6: v. 16. & 12: v. 9. Eph. 3: v. 17. & tandem æternam, Joh. 5: v. 24.

usus. Mandatorum Divinorum observantia Christianorum gloria, Psal. 11: & 119. &c. Componenda vita nostra ad horum tenorem, digne vocationi nostræ in præceptis Dei tam positivis quam negativis ambulando, Jos. 1: v. 8. quod cum in fidei virtute fieri debeat, Rom. 4: v. 20. Col. 2: v. 6, 7. per justitiam Christi meritoriam justi reputamur. Gen. 5: v. 6. Gal. 3: v. 6. Hocque penitentiali die a peccatorum sordibus mundemur. 1. Joh. 1: v. 7. Hebr. 9: v. 14. & a Deo vita illa superius exposita donatur; hocque emne ex Christi promissio, & vita ipsius privilegii. Joh. 6: v. 57. & 14: v. 19. &c.

A 3

CONC.

CONCIO II.

¶ Paraf. Prov. 18: v. 10. vid. Fasç. p. 444. In Textu occurrunt eadem Davidis confidentia in nomen Dei; a cuius potentia & justitia, privata exclusa, Rom. 12: v. 19. Hebr. 10: v. 30. vindictam unice petit.

TEXT. Psal. 94: v. 1, 2.

Exord. Jer. 15: v. 15. Ardentissimum Prophetæ susprium ad Deum, de vindicta & auxilio impetrando contra hostes, fundatum (1) in Dei omniscientia. Ach HENRE tu west thet; sc. iam hostium superbos insultus, quam R. Manassis & populi prævaricatores vers. 4. obque judicium ire ipfis determinatum. vers. 5, 6, 7, 8, 9; quare & Prophetæ in praecedenti cap. ter preces profundas ad Deum fudit suo & populi nomine, præsertim cum ignis iræ Divina adeo jam super ipfis arderet, ut populi desertionem in hostium manus certo minaretur, vers. 14. non tamen gratiam suam adhuc averteret Deus, quemadmodum juste statuit cap. 16: v. 5, 13. quam quinque hic vicibus angie petit. (2) In contumelia ipfis propter Deum illata; cum enim juxta nomen Dei nominarentur, vers. 15. fugerentq; consortium irrisorum v. 17. contumeliam patiebantur a violentis oppressoribus, quare votorum summae eo tendit, ut hostibus vindicta & ire calicem præberet Deus, hæmnas os oppa wāra förföljare / fördrog icke tina wrede öfwer them. Eodem spiritu & ardore, David in Textu opem & vindictam divinam implorat, qui proponit

*Supplicationem Davidis ad impetrandam vindictam
Div: de hostibus, ubi not.*

I. *Supplicationis ardor,*

II. *Causæ impellentes Deum ad ulcendum.*

David precum Magister optimus, qui solus instar veri adoratori, Patrem coelestem in spiritu & veritate adorare cœlit, Joh. 4: v. 23, 24. In prælenti Psalmo manus sanctas ad Deum tollit, sine ira & dubitatione 1. Tim. 2: v. 8. Sine ira, quia Deo dat, quæ sua sunt, vindicta tempus, modus & gloriam, Rom. 12: v. 19. Sine dubitatione, quia ipsius supplicatio in sinu Divinae omnipotencie & justitia recumbit, immo nunquam præ se fert.

I. Ardorem, qui (1) consistit in devota Dei compellatione. 148

Gud/ הַלְלוּ־לְךָ ubi tam ipsius Dei essentiam, cum omnibus ejus attributis, præcipue misericordiam firmam fiduciæ respicit, quam etiam Divinam potentiam & virtutem exprimit, quod non tantum vellet, verum etiam posset supplicationem ipsius exaudire & gratiosum ferre auxilium. Fundamentum vero supplicationis, hic ponit Dei gratiam & potentiam, cum firma & sincera fide. Hujus toties in Psalmis meminit, Ps. 103: v. 8, 9. &c. NB. vers. 6. & 14; v. 8, 9. Exod. 34: 6. gratia cum potentia conjugitur, Jer. 32: v. 17, 18, 19. conf. Es. 9: v. 5. (2.) In fiduciali commonefactione, (α) bettere tig/ יְהִי illustris appare. Deum, qui ob ipsius peccata, se hoc usque ocellavit, jubet iam pè tenebris iræ sua, cum gratia illostri procedere, nec amplius ad suspiria ipsius quasi dormire, auxiliumque Divinum subtrahere. Jer. 14: v. 9. sed jam illustris apparere ipsi in auxilium, hostibus in terrorem. Certus erat de gratia Dei sui, fidei Heros, David; Quamobrem quasi imperativè Deum aliquid queritur & quasi vim Divino infert cordi, Math. 11: v. 12. conf. Psal. 80: v. 2. Deut. 33: v. 2. (β) uphōg tig/ רְגֵנֶרֶת extollere, quasi ex loco depresso, in quo delitescis, quia peccata nostra ad celum usque adscenderunt & vindictam super nos clamant, Gen. 4: v. 10. & 18: v. 20. Tu tamen O Deus! extolle brachium dextra Tuæ & frange violentiam hostium Tuorum; quia illi diu iatis nullam Tibi esse potestatem, nullamque curam hereditatis Tuæ, impie sibi persiculum habent, conf. Ps. 7: v. 7. & 67: v. 6. Es. 53: v. 10. (γ) wedergåll them/ ic. חַשְׁבָּזָמִים reddere tributionem. Excitatus quasi jam Deus, jubetur pari, ac supra, fiducia, imperatio, ponas de hostibus ipsius sumere, ut proportio esset inter ipsas & immanem hostium insolentiam. vid. Psal. 28: v. 4. Joel. 3: v. 4. cum ita praefacte mandata Divina ab impiis contempnuntur, vera Ecclesia membra impie conculcentur, Ideo qui sine privato partium studio, vindictam Dei in hostes vocant, non transgrediantur Christianismi limites, sed vindictæ gloria Deo offertur, conf. Ps. 28: v. 5.

II. Causas, impellentes Deum ad puniendum tam grates peccatores; David iatis prægnantes ponit. (1.) vindictam Deo adscribendo, quemadmodum bis in Textu legitur: Gud/ hwilkom hāmnden tilshērē ic. Vindicta
Deo adserit. נְקֻמָּת־לְךָ Deus ultionum. Tu, Deus vindex, cui proprio Divino jure vindictæ competunt, imo omnes, his ejus nutu nulla juste suscipitur, Deut. 32: v. 35. נְקֻמָּת talam retributionem infest, quando, quasi

1149 quas jure talionis, delinquenti justa infligitur pena, Ps. 79: v. 18. Jehovam autem Deum ultionum, in plurali vocat David; quod multi ipsi sunt ad ulciscendum viæ, aut per res inanimatas, aut per homines, Psal. 13: v. 48. Jud. 11: v. 36. 2. Sam. 4: v. 8. Syr. 40: v. 33-37. Titulus hic Dei Majestaticus repetitur, per epizeuxin, ob hostium insolentiam, non sine peculiari emphasi; vult namque Psalmes revocare Deo in memoriam suum, tam officium, tam priora facta gloria, ne aliter jam se gereret, quam antea gesserat misericors Deus, vid. Ps. 93: v. 3. NB. Non his sola potestas in Deo vindicandi suorum injurias, verum aetuale exercitium omnino intelligendum; quod tot bella, quæ ipse Dominus gesserat & confecserat, copiose probant. (2) *Judicem universalem Ipsum appellando.* Tu Verldenes Domine, יְהוָה יְבָשֵׂת Judex terra. A solemani hoc Divino officio, quasi à majori ad minus, ad speciale justitiam & iram Divinae judiciorum contra impios, descendit David, & talēm, filiali in auxilium Domini fiducia, format conclusionem: Tu Jehovah, Deus qui totum terrarum orbem immensa Tua sapientia & potentia olim judicable, qui etiam omnium terre incolarum, qui vixerunt, vivunt aut vixi sunt, facta & dicta accurate noscis, Tu facile negotio hoc munus tuacum opus, osores Tuū tuorumque, in momento perdere posces. Ps. 79: v. 12. & 75: v. 8. & 92: v. 9. 1. Mose. 18: v. 25. Joh. 5: v. 23. &c.

Usus. Discamus hinc, quod primo postentiali die propositum fuit in Deo aquiescere, omnem curam in ipsum projicere, tempore angustiarum, præcipue hoc calamitatis tempore, cum insolentes hostes capitibus nostris superbe insultant; Ipse judicabit causam Suam Suorumque; Deus exaltabitur inter gentes, &c. Ps. 46: v. 11, 12. REGI Clementia dabit ultiōnes & coercet populos sub ipso; liberabit nos ab hostibus nostris, & viris violentie erigiet nos. Psal. 18: v. 48, 49. Quiescamus modo nos a validis & regnantibus inter nos peccatis, Gen. 18: v. 20. Rom 6: v. 12, 14. a privata vindicta, Rom. 12: v. 19. ab impiis licentia iudicandi vias & judicia Domini, ipsiusque veritatem in nostram condemnationem pervertendi, Jer. 5: v. 12, 13. 2. Petr. 3: v. 16. ita in iudicium non veniemus, Joh. 5: v. 24. sed in hoc & venturo seculo, verba victorie de hostibus, tam temporalibus quam spiritualibus, cautabimus ex Psal. 147: toto. &c.

Conc.

CONCIO III.

Paro. Psalm. 51: v. 9. vid. Falc. p. 315.

TEXTUS Rom. 8: v. 7, 8, 9.

Xord. 2. Cor. 5: v. 17. Hominem renatum & vere paenitentem, describit Paulus quoad felicem ipsius statum. A sordibus enim antiqui hominis, spiritu & aqua regenitus, Joh. 3: v. 6. in Christo & Christi est, 1. Cor. 3: v. 23, per firmam in ipsum fidem, 2. Tim. 2: v. 13. individualem meriti ipius applicationem, Gal. 2: v. 20. Nova creatura est, non quoad substantiam, sed secundum vires animae, Eph. 4: v. 23. Nova creatura, quod renovatio nostra fiat, absque ulla aptitudine vel auxilio virium nostrarum, per Verbum & Sacra menta, quemadmodum eadem verba de fructu Evangelii, tempore N. T. pro lata sunt, 1. Cor. 4: v. 19. & 6: v. 17, & de beatorum gloria Apoc. 21: v. 5. ita creatio secunda, (conversio &c.) novam hanc creaturam, Christi glorie partipem redderet, ita quidem ut τὰ ἀρχαῖα, antiqua transirent, verus homo submiseretur, & novus exsigeretur, qua novitatem fidei & vitae; dominium antiqui hominis tolleretur. Novus autem sit homo qua justificationem, quando remissionem peccatorum consequitur, quia justitia Dei efficiuntur in Christo, Phil. 3: v. 9. qua sanctificationem, quia trahit vetus ignorantia mentis, perseveritas cordis, ἀνεξία affectuum & membrorum omnium, & opera sunt nova. In renovatione itidem antiqua transeunt, cum mens renovatur, membra veteris hominis mortificantur, novusque prodit, Joh. 3: v. 5, 6. Hac omnia cum hominem spiritualem & novum describant, ex Textu perpend:

Discrimen inter veterem & novum hominem.

Votum Eph. 3: v. 16, 17, 18, 19.

Apostolus, postquam in praecedentibus multa in hanc rem dissipasset, & praecepit, justificationis gratiam solatii plenam, Romanorum animis profunde instillasset, ostendit justificationis fructus, non in tarsis operibus, sed in novitate vita consistere, c. 6: v. 1, 4. & debere justificatos non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulare. c 8 v. 1, quid utrumque sit, in Textu docet, ostendens:

I Carnis / veteris hominis discrimen a novo, quod consistit in eo, (1) Quod ipius sapientia vel sensus, sit inimicitia adversus Deum;

1150.

1151.

cum enim ex carne sit, quæ carnis sunt sapit, vers. 5. utcumque su-
tem τὸ φρόνιμα τῆς οὐρανοῦ, hic loci & alibi, denotet sapientiam &
intellectum hominis irregeniti, hujus naturalem judicis acrimoniam,
& concludendi soleritatem, omneque quod optimum in ipso est, qua-
renatus non est, tamen cum hoc non sit spiritus, destituitur hujus fructu,
vita & pace. vers. 6. stultitia enim apud Deum, 1. Cor. 3: v. 19. imo
contra ipsum ἔχει, inimicitia in abstracto, vetus ille homo non
tantum concretivè est inimicus Deo, quemadmodum homines sibi in-
vicem, veruon ipsa hostilitas, talis quidem quæ omnem humanitatis sen-
sum exigit, & in effrenem vertitur rabiem contra ipsum Deum, & esen-
tialem Iesum, sanctissimamque sapientiam. (2) Coniuncta est cum
summa repugnantiâ. Rebellio hæc τὸ φρόνιμα τῆς οὐρανοῦ, eo peior
& vitiiosior est, cum superbo modo contra obiectum Sacrum tendat,
ἀπὸ υποτάσσεται, non subjicit se, non patitur duræ impudentiæ
cervici, in fermenti antiqui, malitia & improbitatis subectionem.
1. Cor. 5: v. 7, 8. saluberrimum legis Divinæ jugum imponi, sed instar fe-
rocis equi, vel immorigeri tauri, id ipsum excutit, adeo ut non fer-
ratur qua monstrat lex, sed ut ne quidem ferti possit, ac ipsi subiecti-
nam, quia carnalis est, ex naturali corruptione non potest legi obe-
dientiam præstare, sed si. & ita in contrarium & fit rebellis, hoc o-
mne ob vim ingenitæ prava concupiscentiæ, unde dixerimus (3)
oritur, quod Deo non placet: ratio additur supra memorata, quia
carnales sunt, cum enim non habeant spiritualem illam dominacionem
τὸ καλὸν κακὸν, 1. Thess. 5: v. 21. nec quæ spiritus sunt, spiritua-
liter judicare sciunt; 1. Cor. 2: v. 13. non percipiunt ea quæ sunt Spi-
ritus Dei, 1. Cor. 2: v. 14. adeoque nec Deo placent; quia abest bene-
placentiæ requisitum, fides, cum sua vita Christo, Hebr. II: v. 6. Sequi-
tur proinde necessario (4) Dixerimus: privatio spiritus Christi. Idem
hic bonus intelligitur Spiritus, quem Paulus hoc vers. Dei Spiritum
vocabat, tertia S. S. Trinitatis Persona, qui a Patre & Filio ab æter-
no procedit, & ab utroque in tempore mittitur; hoc jam carent hospite,
quia spiritum, carnis operibus extingunt, 1. Thess. 5: v. 19. conseruant,
Eph. 4: v. 30; adeo ut non fiat Iesus, nempe cuius spiritum non habent, h.e.
Christi, non sunt ipsius per justificationem, nec ejus Spiritus per san-
ctificationem, quare nec per filialem adoptionem, Gal. 4: v. 5. nec
per salvationem, sed uti peccati sunt mancipia, ita filii Irae manent
Eph. 2: v. 3, & tandem aterat damnationis, Joh. 17: v. 12.

II. Dis.

1251
44

II. Discrimen novi hominis a veteri: unum in Textu est, sed
principium, quod omnia hominis novi attributa includit: *Inbas-
bitatio Dei Spiritus.* Quemadmodum autem jam cum regenitis Apo-
stolo res est Romanis, causam mundationis animi inhabitantem
Spiritum S. constituit, quod argumentum à posteriori est, per eff. &
enim se prodit, & justificationem stabilis. Non autem ad ex ra-
tantum cum ipsis agit Spiritus Sanctus, qualis etiam operatio esse
potest apud non renatos, sed in regenitis habitat, quæ inhabitatio o-
mnia consilia, discursus, studia atque actiones ipsorum moderatur,
& ad salutarem effectum promovet. Hanc proprietatem adeo cer-
tam & infallibilem esse indicat, ut nec renati, nec per fidem Christo
iustici sint, qui motus Spiritus Sancti non animadverunt. Isto-
rum opera jam Deo placentia sunt, quia in carne non sunt, sed
in fide, in actum erumpunt ex suggestionibus & bonis Spiritus
Sancti motibus. vers. 14. unde quotidiana ipsis cum Christo mors.
1. Cor. 15: v. 31. Rom. 6: v. 8. Phil. 3: v. 10. quod ut praestare va-
leant, gratia Dei, in qua stant, efficit: quam promeruit, & con-
servat utraque officii Christi Sacerdotalis pars, suffi sentissima sa-
tisfactio, & intercessio 1. Joh. 2: v. 1, & Spiritus S. σεναγμοὶ ἀλαλη-
τοι, Rom. 8: v. 26. &c.

Ufus: Videmus ex hoc discrimine misericordiam carnalium, glo-
riam autem & prerogativam spiritualium hominum. Fricorum ve-
stigia angue pesus fugienda nobis, posteriorum consortium inde-
fesso studio querendum. Non secundum carnem sed secundum spiri-
tum anabulabimus, vers. 1. hoc autem unice à Deo & eis exspe-
ctandum Spiritu, non à viribus liberi arbitrii, hic plane captivi,
vers. 7. Eph. 2: v. 5. Col. 3: v. 3. Θρόνος τῷ πνεύματε, firmo pro-
posito, indefessoque quotidiano exercitio, expetendum. 2. Cor. 4: v. 16.
sapientia hujus seculi, que carnis est, releganda. 1. Cor. 2: v. 6, 14.
per veram peccantiam, hac impura peccatorum ætate, justitiam
fidelis non operum ambiamus. Rom. 4: v. 13. que postmodum si
vera erit, individualis nexu sanctificationem comitem habebit, cuius
Auctor nos postmodum obsequabit in diem liberationis, Eph. 4: v. 30.
sinceros & inoffensos præstabit in diem usque Christi, Phil. 1: v. 10. ad

VNU finem usque nos confirmingo, quo irreprobusibilis sumus in die Dom.
nostrj JESU CHRISTI, cuius communione postmodum non interru-
pta fruemur, 1. Cor. I. v. 8, 9. &c.

Die IV. a. d. 13. Augusti.

CONCIO I.

Parac. Jer. 10: v. 24. apposite ad Textum applicari potest. vid.
Fasc. p. 52. &c.

TEXTUS Apocal. 3: v. 19.

Exord. peti potest a Dei consuetudine, cum enim ad seriam poenitentiam peccatorem vocat, immittit ipsi primum castigationem suam, qua cor emollit & preparat ad poenitentiam: Exemplum habes in omnibus sanctis praecipue in Davido, vid. omnes Psalmos poenitentiales. NB. Psal. 32: v. 4. & 38: v. 3, & 4. hanc castigationem seria apud ipsum excepit poenitentia, Psal. 119: v. 72. NB. Orat. Manass. Job. 42: v. 6. Tob. 3: v. 13. &c. Johannes in Textu id ipsum tradit, proponens:

DEUM optimum poenitentia Magistrum.

I. In paterna castigatione.

II. In sincera ad poenitentiam admonitione.

DEUS omnium Magister & Pater, Eph. 3: v. 15. multum cum patribus naturalibus commune haber, praesertim in castigando & admonendo, Hebr. 12: v. 7. hujus certiores nos reddit Textus, sistens nobis Deum:

I. In paterna castigatione. Occupatus jam est Testis fidelis vers. 14. verus DEI Filius in emendando Laodiceensi Angelo, qui in doctrina puritate, & vita sanctitate, tepidus erat, vers. 16. dignissimus proinde castigatione, quam tamen non ex ira & peccatis expeditate influit, verum ex intimis amoris visceribus: The iag. d'star. &c. οὐσίας εαν Φιλῶ, quoscunque amo: ostendit omnibus, nullo excepto, hanc paternam castigationem destinatam esse, non a gravi quadam inimico, sed a Seipso, hocque non in ira, sed in misericordia, Psalm. 103: v. 13. qui intensissimus amor, quemadmodum Divinus est, ira in objectum tendit, in illorum salutem, qui diuturnis peccatis viam

ad

ad illam prælustrerunt. 2. Tim. 2: v. 25, 26. Hanc castigationem instituit Deus, them agar ἁγια ται reali quam verbali modo: reati crucem & calamitatem immittendo; verbali, verborum correctione; utrumque enim significatum θέλεγχον in N. T. habet: Joh. 8: v. 46. 1. Tim. 5: v. 20. 2. Thes. 3: v. 16. Legis hic rigor etiam includendus, ad cuius tenorem opera Laodicensis Angeli examinanda erant & ipse nuditatis convincendus, vers. 17. Elencho, instar fidei Magistri, παράδεισαν, vñ nápser disciplinam addit, ut vicissim in rectum veritatis & timoris Domini transitem, à quo aberratum erat, reduci possit, 1. Cor. 11: v. 32. Hebr. 12: v. 7. Job. 5: v. 17, ex quo fonte hoc provenit, vid. Prov. 3: v. 11. Hebr. 12: v. 5, 6. Nas. Falc. p. 177. & 426.

(1) In sincera ad paenitentiam admonitione: consistit hæc (1) in spirituali zelo, Ζηλωσον 81, zelum exerce, tam pro Dei gloria, quam omisisti, ad idola hujus mundi, & ad Iphus Deum currendo, 2. Cor. 4: v. 4. quam pro propria salute, pro prima fide, 1. Tim. 5: v. 12. caritate & operibus prioribus, Apoc. 2: v. 5, 4. h. e. pro fervore in Christias animo, hocque incalescendo quasi; Ζηλος enim, ardente amorem, qui in sui consortium alium non admittit, nec in alium quam in unum tendit. Infer. idem. *Admodum*, *quod* *secundum* *secutus*. *magis* flitig conf. Num. 11: v. 29. Psal. 69: v. 10. (2) In seria paenitentia, μετανοησον, bâtra tigh/ non externo pharisaico modo, sed Interna animi cordi que transmutatione in melius, Rom. 12: v. 2. post serium ob commissa peccata dolorem, non tuis, sed gratiæ viribus, Jer. 31: v. 18. Ezech. 36: v. 26. Psal. 51: v. 12. conf. Falc. p. 507. &c.

*U*bi: Ostendit Texus insignem Φιλανθρωπiay clementissimi DEI, quam nec peccatorum multitudo diminuere valer. In hanc rem cumulatim S. S. oracula habemus. Danda ergo corda & aures castigationibus & disciplinis Divinis, cum & hoc poscat Sp. D. Job. 5: v. 17. Prov. 22: v. 25. & maximam secum habeat utilitatem, 1. Cor. 11: v. 32. NB. Hebr. 12: v. 10. Job. 5: v. 18, 19. Præstat a Deo corripi propter peccata, quam soveri & ad poenam saginari, Job. 2: v. 17. Ps. 73: v. 18. Jer. 12: v. 1, 2. 3. Carni non blandiendum, nec pharisaica iustitia, instar Laodicensis Angeli, nostra regenda nuditas, confiteamur semper, contritionis sinceritate & paenitentia vera humilitate, miseriæ, egestatem, & itatem & nuditatem spiritualem, vers. 17. & consulenti nobis obtemperemus, emense precum ardore, & fide immaculata, aurum verbi

Divini, N.B. igne purificatum ex igne, ut diceamus, & induamur vestimentis albis, (innocentia Christi) quo non manifestetur pudor nuditatis nostre, (peccata) vers. 18. Præcipue animarum Pastores, zelotypi erunt pro Dei Zelotis honore, elenchum prudenter cum sale legis urgendo, nec tepiditate aliqua, præpostere & injusto tempore, Evangelii dulce oleum, duris cordibus & cauteriatis conscientiis impendant. Matth. 7: 6. Memores istius Paulini 2. Tim. 4: v. 2, quo ipsi cum auditoribus vivant. Hebre. 12: v. 9. Christi sanctitatis participes fiant. vers. 10. & tandem in præmium, tanquam verè exercitati, cum ovibus iustitiae fructum pacificum recipiant. conf. Fas. 208. seqq.

CONCIO II.

TEXTUS Hos. II: v. 8, 9. elaboratus Die I. Conc. III.

Anno 1667. vid. Fas. p. 33.

Argumentum de misericordia Divina, etiam in media ira, quod quotannis recurrere solet, sepius in Fasciculo tractatum repeteries, vid. p. 281, ad Hab. 4: v. 2. &c. In usibus, hoc calamitatis tempore, non omitti potest de prædicatio misericordia Divina, quod licet peccatorum mensurae impletum, in quod juste cum viciniis incurgere debuimus, tamen nostri adhuc in stir Ephraim, miseretur Deus; Validissima est hoc argumentum ad instillandam penitentiam.

CONCIO III.

Paraf. Syr 47: v. 9. Encomium Davidis ob laudes Deo cantata. Not. 1. Causam laudis, sunt opera Divina & quidem omnia. Multa, immo infinita sunt opera Dei, Job. 5: v. 9. Ps. 40: v. 6, hic tamen opera erga Davidem in specie præstata intendit Syracides, cuius & ipse David meminuit, Ps. 66: v. 16. præcipue laudes Deo cecinit ob liberationem ab hostibus Ps. 18: v. 18, 19, 20. quod præcedentes versus etiam probant. 2. Objectum laudis, est Sanctissimus & Altissimus, qui solus hoc præstare potuit, Ps. 18: v. 1, 2, 3, 4. Deus Zebaoth fortis in bello, Ps. 24: v. 8. 3. Modus est notabilis, principali doξῃ, verbo gloria meden dægeling Wiso / iam interne in corde, vers. 10, quam externe devoto cultu Divino, hymnis & instrumentis vers. 11: 12. Videtur Syr. intellectus speciatissim Ps. 45, qui per excellentiam Laus Davidis vocatur, Parem Deum laudandi ardorem in Textu habet.

TEX

196

TEXTUS, Pl. 144: v. 9, 10.

Exord. Psal. 20: v. 7. Fas. pag. 615.

Propos. Protectio Regis, Divine laudis argumentum.

Multa quidem fuerunt Davidis calamitates, quas, ex parte ut Christi typus, expertus fuit; nulla autem ipsi immittebatur vehementior hostium violentia, haec tam querelae, quam laudis Divinæ argumentum toties in Psalmis ipsi præbet. Posterioris genuinum & insigne exemplum in praesenti Textu habemus. Ita autem Divina protectio, Divini laudis argumentum ipsi præbet; ubi notandum.

I. Promissio laudis: quæ (a) Spontanea est; Gudh jag vil 26 Novit David coactas laudes Deo non placere, sed libero ipsum delectari spiritu, quam laudem Divinus Spiritus in suis operatur, 2. Cor 3: v. 17: quam libertatem Deus in sacrificiis jam olim a manabat, Lev. 7: v. 16. Deut. 12: v. 6. & 23: v. 23. NB. Pl. 119: v. 108. Hæc in laudes Divinas pronitas, maxime sincera fuit, & sine omni fugo, Pl. 108: v. 1. Plena fide; adseribere videtur David hoc laudis studium proprio voluntati, quod tamen, ut precum partem constituit, ita non est absolute nostri arbitrii. Rom. 8: v. 26. sit autem id ob herolcam ipsius fidem, qua certa novit hoc suum sacrificium Deo placere, & ob exauditionis certitudinem, v. 10: v. 10. & 120. v. 1. (b) Intensissima. Jag vil sunga Tig en my Wiso. quia dirigitur ad Deum, quem verl. 1. Petram suam vocavit, conf. Pl. 18: v. 2, 3. Quia v. ipsum laudis genus deplex est & maxime acutum, ore & re. Os, in canticum erumpit & quidem novum, tam ob beneficij Divini ubertatem & novitatem, quia quoties Deus ipsura e manibus hostium liberavit, toties novum in ipsum contulit beneficium; quam ob laudis novum modum, cuius variationem omnes testantur Psalmi, conf. Pl. 33: v. 3. & 49: v. 4. & 96: v. 1. 98: v. 1. vid. Fas. p. 323. 552. &c. Re etiam in laudes Divinas it, instrumentis musicis, quæ hic gemina ponuntur: 1. Psalterium, instrumentum musicum hoc fusile, extra dubium est, structuram autem genuinam hodie ignoramus. 2. Decachordum, item instrument. mul. diversum a priori conf. Pl. 33: v. 2. & 92: v. 4. Copula hic intelligenda erit inter duo haec instrumenta, quod magis emphaticum est, & describit Davidis ardorem intenissimum, ut concentus musicus etiam augeret, & significaret spiritualem ipsius in Deo letitiam, ut adeo interne & externe Deum suum laudaret, conf. Pl. 33: v. 2. 103: v. 1. &c.

1155

1158

II. Laudis argumentum & causa, est protectio Regum. Personam

hic pro more in Psalmis recepto, mutat David. De seipso in priori locutus est versu, hic autem sibi socios omnes pios habet Reges, quorum gloria à Deo salus, omnino nova cantica meretur, & hic præcipua laudis Divini est eausa. Consistit autem hæc salus in liberatione ab hostibus, quibus & periculis aliis sublati, Deus communem tranquillitatem suis restituit. Victoria de hostibus non est minima temporalis felicitatis pars: in Scripturis autem salus sepius pro victoria ponitur, Jud. 15: v. 18, Prov. 21: v. 31. & 24: v. 6, Ps 20: v. 6, Exod. 14: v. 13, Expluat ultius se ipsum David, ostenditque se tanquam verum Dei unicum, numero Regum inclusum fuisse, & ab universalis victoria ad specialem propriam descendit, nominans se servum Dei, conf. Ps. 143: v. 12, id fuit autem varlo modo, fide, doctrina & vita. Unde liberatus fuerit, indigit gladii nomine, à gladio malo, hic propriam & impropriam hoc loco habet significationem; à gladio hostili eripuit ipsum, non tantum Deus, verum a morte quavis, a cruenta periculo presentissimo, Ps. 22: 21, a calamitate & anxietate, Ps. 116: 4. v. 8. &c.

Ius. Decelebratio Christianorum obligatio, Deum celebrandi multas habemus causas: præcipue haec vice tres: 1. Quod gratiam penitentie nobis concesserit; qui autem cor suum non immolarunt, nec penitentie gaudent fructibus. sciant ipsislorum laudes & preces peccatum esse, Ps. 109: v. 7. 2. Quod Servum & Unctum Suum Clementissimum Regem nostrum iustar David isti uin præstat; quem etiam David in praesenti cantico includit, & nomine ipsius laudes Deo canit, ob victorias reportatas ab hostibus; majori jure nos subdit, Deum celebrabimus pro tanto Rege, voventes intimis suspiriis, velit Deus Zebaoth ipsi tanquam David certam suam gratiam servare; ipsi Angelum tutelarem & custodem semper dare, Ps. 20: & 21, toti: NB. Ps. 21: NB. v. 14, conf. Falc. p. 21, seqq. 3. Quod nos à gladio malo liberet ab hostibus, ab horum irruptione &c. Ita autem claudatur in universum penitentiale opus tanquam cras ad eternitatem abeundum esset. &c.

mendand. lit. A. pag. 2. lin. 2. lige duris. pag. 4. lin. 14 leg. 16. Iuli,
pag. 5 lin. 4 à fine, lege. Gen. 15 v. 6. p. 7. lin. 17. leg. exolle te.
ibid. lin. 23. leg. reddite retributionem. Leviora L. B. ipse corrigat.